

Ducatur per centrum circuli quod sit  $d$  linea  $a d$   
 $e$ , & iungatur  $b e$ . Et quia angulus  $a b e$  consistit  
in semicirculo, ideo per primam huius propositi  
onis est rectus, sed angulus  $a b c$  est maior eo, per  
definitionem igitur obtusus est. Porro in portio  
ne  $a b c$  semicirculo maiore consistat angulus res  
tilineus  $a b c$ , dico eum esse acutū. Ducatur per  
centrum linea  $a d e$  & linea  $b e$ . Et quia angulus  
 $a b e$  in semicirculo consistit, igitur est rectus, an  
gulus uero  $a b c$ , est minor eo, ergo per definitio  
nem est acutus.

### SECUNDA PROPOSITIO.

Circuli propositi centrum inuenire.

Sit circulus  $a b c$ , eius centrum sic inueniemus.  
Protrahatur ut lubet chorda  $a b$ , & super alte  
ram eius extremitatem constituatur angulus re  
ctus, uerbi gratia, super terminum  $b$ , sit locatus  $a$   
 $b c$  angulus rectus ducta linea  $b c$  usq; ad circum  
ferentiam circuli. Deinde ducatur linea  $a c$ , eaq;  
per medium diuidatur in puncto  $d$ , hunc dico esse  
centrum circuli. Nam per hypothesim angulus  $a$   
 $b c$  est rectus, ergo per conuersam præcedentis,  
portio  $a b c$  in qua consistit est semicirculus, line  
a itaq;  $a c$  diameter, punctusq; eius medius  $d$  cen  
trum.



### TERTIA PROPOSITIO.

Si linea à centro exiens, chordam per  
equalia secuerit, ad eā erit perpēdicularis.

Sit